Batrachomyomachia <Ai*r*>

id eſt.

Ranarum & murium pugna,latino
verſu donata ex
Homero.

Christophero Ionſono Medico
Londinenſi interprete.

Horatius de arte poetica.
Nec verbum verbo curabis reddere
fidus Interpres.

***

LONDINI
Exofficina Thomæ Purfoote.
1580. |

<Ai*v*>

Diſtichon

Autoris.

Miraris mures verſu mutire latino?
Deſine: nouerunt doctius anteloqui.|

A.ii.<*r*>

Beneuolo lectori.

VIrgilij verſus aliquot adhibui in hac verſione,lector,vbi res ferebat, partim integros, partim interciſos:non quòd aliter efferre non potui(quid enim facilius?)ſed quòd,qui id pulchrius venuſtiuſq; fieret, in promptu non habebam. Nec deſuit autoritas, qua adductus hoc auderem, quum & idem Virgilius Enniana quædam vſurpet ipſe, & multi multa ex alijs paſsim venentur ad gratiam & ornamentum. Certè purpurei hi panni ſic aſsuti , tametſi noſtrā paupertam arguunt, tamen hanc dili-

gentiæ laudem habent opinor, vt & mē-
tem Homeri luculenter exprimere , &
cum noſtris non inconcinnè cohærere
videantur. Nam & nos poêma iuxta te-
cum odimus,quod

*N*ec pluteum cædit,nec demorſos ſapit
vngues:& Lucilij vetus illud præceptū | agnoſcimus
agnoſcimus, quo iubet, ne quid in tran- <Aiiv>
ſcriptionibus hiet, ſed

Sint lepide lexeis cōpoſtae vt teβerulæ omnes
Arte pauimēto,aut emblemate vermiculato.

id quod nos, ſi non ſatis dexterè prætiſtiti-
mus in hoc opere, at certe tamen conati
ſumus: nec verebimur,ne quis deinceps
lege plagiaria nobiſcum agat, qui, quod
eſt,aperte confitemur: Vale. |

<Aiiir>

Ad irriſorem quemcunq;.

Ridiculū eſt,inquis, Ranarū ſcribere pugnas:
Sit ſanè:ſed qui ſcripsit,Homerus erat.
Hunc nemo ridet, niſi qui ridendus & ipſe eſt,
Libertas tantum nec ferit vlla virum.
Hinc ego , qui Latijs volui celebrare Camænis
Mæonides Graio quæ dedit ante ſtylo,
Vel carui culpa, vel ſi culpandus, Homeri
Excuſat factum nomen Ɛ umbra meum.
Crede mihi, tutum eſt peccare autoribus illis,
Per quos defendi criminal magna queant.
I nunc,Ɛ vel me illæſum permitte iocari,
Vel quem non audes,inuide,læde prius.| Batra

<Aiiiv>

Batrachomyomachia.

H*Vc ſimul Aonias ſacro de fonte ſorores*
Accitas pro more voco: mea pectora firmet
Ille chorus, dū grāde recens modulator adorno
Carmen,Ɛ opiatas ſuſpiro attingere metas,
Martis opus,varijq; mouens diſcrimina belli.

Fert animus canere,Ɛ totū vulgare per orbē
Muribus in Ranas certamina quanta feroces,
Ardua magnorum ſuperantibus acta Gygantum:
Sic fama est:ſed Ɛ hæc memoratur cauſa duelli.
Mus olim ſitiens,fæliq; pericula vitans
Mollia vicina tingebat labra palude
Dulcis aquæ potu gaudens:hunc forte uidebat
Stagnicola imperio clarus, dehinc talia fatur.
Unde domo? qui te talem genuere parentes?
Omnia dic hoſpes verè mihi,vera loquentem
Ad mea,ſic,vt dignus eris,Palatia ducam,
Ɛt tibi dona dabo regalia amicus amico. (nem
Quippe ego,ne dubites,rex hic Phyſignathus om-
Poßideo ditione lacum,Ranaſq;guberno:
Meq; pater Peleus,quem dignabatur amore
Hydromeduſa ſuo,genuit, labentia propter
Flumina,qua pingues latè Padus alluit agros. |
Te quoq; non humilem,ſed forti pectore Regem *Te*
Eſſ reror,præstantem alijs,belloq;ſuperbum. <Aiiiir>
Ɛrgo age,dic nomenq; tuum, patriamq; genuſq;.
Sic ait: astolli mus contra talibus inſit.
Cur genus exquiris noſtrum, mortalibus æquè
Atq; deis,ipſum; adeò ſuper æthera notum?
Ɨlle ego Pſicharpax Troxartæ filius,olim
Magnanimi ſummiq; ducis:me mater Ɛ altrix
Ɨn ſtrue lignorum per cœca tuguria ruris
Ɛdidit infantem,dapibuſq; affueuit amœnis,
Præmandens tenero ſicuſq; nucesq; palato,
Lichomyle,magno proleſ fata Pternotrocte.
Sed tibi diβimilem frustra me poſcis amicum:
Quippe tibi inter aquas vita eſt,mihi ſola voluptas
Humanas gustare dapes,poſitóque camistro
Infidias ſtruere,Ɛter coctum rodere panem.
Nulla meos unquam liborum portiodentes
Sectio nulla fugit pernæ,tucetaué craſſa,
Aut nuper preβi diuina coagula lactis,
Aut dijs optatum melitôma, aut deniq; quicquid
Uncta ſolet menſis inferre popina ſecundis,
Cum gula iam languens bellaria poſcit, Ɛ hoſpes

Łam ſatur ad charos aufert quæ mittat amicos: |
Nec vitæme turpisamor dare terha cœgit *Ne*
110 *Hoſtibus,armato ſed ſemper in agmine primus* <Aiiii*v*>
Pugnator cū ſtrage fui:neq; corpore quanquàm
Sit vaſto, fugio ipſum hominē: cui ſæpe momordi,
Aut digitū,aut calcem,per amica ſilentia noctis
Accedens furtim,nec ſenſerat ille dolorē,
115 *Nec morſu excuſſus noſtro ſomnuſquè quieſúe.*
Sed duo præcipuè timeo ,ſemperque timebo
Bubonē Ɛ fælē,duo tetra ac triſtia monſtra:
Quin Ɛ decipulā diram,mors vnde doloſa est.
Sed tamen é cunctis fælem:quæ ſola nocendo
120 *Plus valet,obſeruatque ſpecus, noſtroſq; receſſus.*
Non ego radices comedo,bulboſue,paluſtres:
Non olus,aut fatuas betas,apiumuè,ſed iste
Ranarū cibus eſt per ripam perque paludem.
His ita ſubridens contra Phyſignathus inquit.
125 *Nempe quidē ventri tumultū impēdis honorē:*
Sunt etiam & nobis non aſpernanda viciβim
In terra,inq;lacu : nam ſedes Iuppiter ambas
Hîc ſaltent;Ranis dedit,illic corpora mergant.
Iam ſite ignoti iuuat experientia veri, (ſtris,
130 *Ne dubita,in promptu eſt,humeris portabere no-*
Łncolumiſque meā,lætuſque fereris in aulam. |
Sic ait, & dorſum exhibuit:Mus ocyor Euro *Sic*
Infilit,atque agili figens vestigia ſaltu, *A.j.<r>*
In tenera ceruice hæret portantis amici.
135 *Ac primum gaudebat ouans,dum littus haberet*
Non procul,& liquidis Ranā miratus in undis
Brachia iactantem,ſuccuβantemq; videret.
Ast ubi iam fluctus ſturgentes uidit,& imum
Miſceri,multaque ſuas aſpergine ſetas
140 *Defluere,illachrymans,crineſque à pectore vellēs*
Clamat,& heu vellet iam non temerarius eſſe.
Contrahit in ventremque pedes,animoq; labaſcit
Inſoliti terrore mali:terram optat,& vndam,
Multa gemēs metuēsq; animo execratur abimo.
145 *Tum vero cauda,quaſi remo,ducere longos*
Inter aquam tractus uideas,portusque cupitos

Suſpirare,metu esanime & ſuperātibus vndis.
Quin etiam tales inter ſuſpiria voces
Ɛdidit:haud aliter Dictæas Taurus ad oras
150 *Per mare(credo equidē)tergo portabat amorē*
Ipſe ſuum Europā,quàm me iam ducit ad ædes
Rana ſuas,dorſogestans,& corpore toto
Fluctibus emergens:tanta est fiducia nandi.
Vix ea dicta,timor iam dicere plura parantem |
155 *Perculit attonitum ſubito,fauceſq; repreßit.* *Perculit*
Ɛcce malum,quo non aliud funestius vllum, *<A.j.v>*
Hydrus aquā sulcans medijs apparet in undis,
Inuoluitq; lacū ſpiris:quem vt uidit hiantem,
Colláque criſpantem ſquamantia,fugit amico
160 *Iam morti expoſito Phyſignatus:ipſe ſub undis*
Mergitur,atque hoſte gaudet uitaſſe minacem.
Mus deſertus aquas extemplo fertur ad imas
In caput: inde manu plāgens,ſtridenſq; minutū,
Mergus vti,iam ſubter abit,ſuper inde recurſans
165 *Calce ferit,fati ſed enim fuga nulla propinqui est.*
Ɛrgo,ſimul crines peſſundare mēbra madentes
Ægra uidet,caſusque ſuos,mortemque paratam,
Flet miſer,ac tacito ſecum ſic murmurat ore.
Ne ſpera immemores ſceleris Physignathe tāti
170 *Ɛſſe deos,qui me excußum de corpore,tanquàm*
De ſcopulo,medijs ſcelerate in volueris vndis.
Nostî equidē,quî,quātus erā,curſuq; manuque,
Cæstuq; ac lucta:quæ te iam cauſa cœgit
Inſidijs,& fraude mala,non viribus vllis
175 *Oprimere incautū:Deus horū inſpector & ultor.*
Te Mures,te Marte premēt, tibi bella parātur
Acria:ſic dixit,vitamque efflauit. At illum|
Audijt,herboſo dum forte in littore ſedit, *Audijt*
Lichopinax,variterq; ululās,rē Muribus omnē *B.ij.<r>*
180 *Nulla mora eſt, aperit. Mures crudelia poſtquā*
Fata Ducis didicere ſui,ſub pectore bilem
Concipiunt, mißoq; iubent præcone vocari
Concilium claras Troxartæ regis ad ædes,
Troxartæ patris miſeri, Pſicharpaga propter
185 *Hæredē extinctum:cuius neque de more ſepulchro,*

Appulit,at medio ſit piſcibus eſca profundo.
Illi ubi conueniunt primo de mane frequentes,
Ꝑllachrymans plenum púlla Rex veste ſenatum
Ꝑntrat,& iratus pro Nato talia fatur. (*paſſus*
190 *O proceres, quanquam à Ranis ſum plurima*
Solus ego,tamen hæc omnes iniuria tangit.
Mené igitur quiſquam est infortunatior vno?
Qui tres perdiderim natos,mæa viſcera, quorum
Primus ab infesta laniatus fæle,ſecundus
195 *Artibus humanis deceptus(flebile dictu)*
Sæuitia atq; dolo perijt:hunc lignea preßit
Machina,quæ miſeris læthi via muribus una est.
Tertius,ante alios,charus matriqu; mihiq;
Mergitur in medio Ranarū à rege profundo.|
200 *Ꝓrgo agite,arma citi capiamus,eamus in hostes* *Ergo*
Armantes galeis & pictis corpora ſcutis. <B.ij.*v*>
Dixit,& extemplo cœtum dimiſit:at illos
Vrget ad arma furor mæſtique oratio Regis.
Ac primum furis firmißima vincla,fabarum
205 *De ſiliquis aptata,arant,quas ante cauarunt*
Per noctem mira cum ſedulitate uorantes.
Tegmen arundineum cedit thoracis in vſum,
Quo prius aduerſus fæles ſe armaſse feruntur.
Proclypeis lychni fundum,pro fortibus haſtis
210 *Ferratæ tractantur acus,longißima tela.*
Dat galeam capiti corroſæ testa iuglandis.
Sic itaq; armantur Mures.quæ coguita postquam
Res Ranas inter ,liquidis grex omnis ab undis
Ꝑn littus coit,vt quæ ſit ſententia bello
215 *Conſultent:trepidantq; animis rumori bus auctis.*
Dum faciunt,procul ecce uenit ſpectantibus illis
Tyroglypho magno magnus ſatus Ꝓmbaſichytros
Præco,manu gestans ſceptrum,dein talia fatur.
Nuncius iratis ô Ranæ à Muribus adſum,
220 *Ut moneam armari actutum belloq; parari:*
Nā uidere in aquis Pſicharpaga, vester ut illū
Prodiderit princeps Pyſignathus:ergo parate,|
Si qua ſit offenſo Ranis in pectore uirtus. (*res* *Si*
Hæc vbi dicta,abijt:quæ postquā verba per au- <Biii*r*>

225 *Defcendere, animos Ranarū & pectora turbāt.*
Tum vero affurgens Rex indignantibus infit.
O focij(cœlum hoc & confcia fidera testor)
Nec Murem occidi,nec me uidiße recordor
Quando obijt:certe ludens in littore,credo, (aufu
230 *(Quind ni etenim ?) & Ranas ftulto pueriliter*
Saltibus effingens,fefe fubmerfit:at illi
Immerita me cæde onerāt:nūc ergo , quod inftat,
Confilium astutos,uirefq; paremus in hostes.
Ac mihi fi quæ animo potior fententia furgat
235 *In dubijs audire libet,capere arma frequentes*
Uos moneam,ftructaq; acie propè littus in agro
Stare, ubi fubiectis cliuus fupra imminet undis.
Huc quum fe Mures educent agmine facto,
Nosq; petent armis,fi quis generofior inftet,
240 *Hūc simul in mediū voluemus & arma paludē:*
Artibus his ufos victoria certa fequetur:
Ponemus lætum de Muribus inde trophæum.
Uix ea fatus erat,Ranæ fe ad prælia cingunt.
Ac primū maluis armant fua crura reuulfis,
245 *Has instar peronis habent:precordia circum |*
Appendunt virides faga non ingloria betas. *Appen-*
Braßica pro fcuto eft,pro caßide concha paratur: <Biii v>
Hafta fit enodis fcirpus,iunciq; palustres.
Hac armatura incedunt prope littus ouantes,
250 *Concutiùntq: haftas,atque iras pectore fumant.*
Iuppiter intereà fulgentē inuitat in aulam
Cœlicolas,bellumque ferox belloque paratos
Oftendens digito tantos,tam corpore uasto,
Tam benè contortas vibrantes viribus hastas,
255 *Quā vel ///////im,mîmanefue Gygantes*
Fama refert, //// fuperos ad bella vocarent:
Suauiter arridens,dixit:fi numina Ranis,
Muribus & fua funt,dic tu caftißima primum
nata mihi Pallas,quā partē uindice dextra
260 *Afferis?an Mures ? namque horum copia tēplo*
Multa tuo eft,quos nidor agit,dū victima fumat.
Iuppiter hæc:contra refpondet virgo parenti.
Ne,quæfo,ne chare parēs, defendere mures

Cogar in hoc bello: Mures mihi plurima ſemper
265 *Dāna ſtruūt, dū pingue ſacros quod ſeruit adig-*
Elābunt Lychins oleum,rodūtque corollas (nes
Ingrati:ſed enim leuis hæc iniuria,mordet
Illa,mouetq; magis:peplum quē ſedula texens |
Compoſui,tenuem ducens per ſtamina tramam, *Com-*
270 *Hunc illi eroſum,multoq; foramine ruptum,* <Bivr>
Sartorisq; opera,precium qui poſscat, egentem
Vaſtarunt:ſic æs alienum,impenſaq;creuit
Magna mihi,exhauſto frustrà tot ſuptibus auro.
Iure igitur Mures meritis pro talibus odi.
275 *Nec tamē idcirco Ranarum iura tuebor:*
Nāneq; ſunt Ranæ cordi mihi: quippe reversā
Ɛ bello,& iamiam caput inclinare parantem
Mollitèr in dulcē poſt multa negocia ſomnum,
Obstrepero dormire ſono me ſæpe vetabant
280 *Grande coaxantes,perruperuntq; quietem,*
Turba procax rixis,& ſeditione paluſtri:
Sic caput mone dolēs uigil inſomnisq; iacebam,
Dum ſua criſtati recitarent carmina galli.
Verū agite,abſiſtāt ſuperi auxiliaribus armis,
285 *Ne quenquam è nobis conto iaculentur acuto:*
Sunt etenim tales,feriant vt vulnere Diuos
Comminus aduerſos,ſi quis Deus obuius ibit:
Sit potius nobis ſtragem hic ſpectare voluptas.
Sic ait,ac reliquos hac flectit protinus omnes
290 *Voce Deos. Ranæ intereà Murumq; Phalanges*
Deſcendūt mediū in campum,quo praeuia belli |
Hinc atq; hinc,duo præcones dant ſigna futuri: *Hinc*
//// vero Muſcæ,lituisq;tubisq;potentes, <Bivv>
////ciere animos, Marteq; accendere cantu
295 *////piunt:Cælo dat ſignum Iuppiter alto,*
Fulmineum belli ſignum. Lichenora primus
Vulnerat Hypſiboas,miβo per uiſcera telo:
Ille cadit pronus, verritq; in puluere crines.
Post hunc,Troglodytes ferratæ cuſpidis ictu
300 *Peliôna ferit:tremit haſta in vulnere fixa,*
Sanguis abit uenis,mors occupat ægra cadentem.
Tu quoq; Seutlæi cadis Ɛmbaſichytre ſub armis

Cæſe caput,cadis Artophagi Polyphone ſagittis,
Qui tibi confoſſa vitam ferus abstulit aluo.
305 *Limnocharis ſocium poſtquā expirare iacentē*
Conſpexit,lapidem, iacuit qui forte, molarem
Tollit humo vindex:quē dum rotat aera circum,
Troglodytem media ferit in ceruice ſuperbum,
Ille ruit tenebris fatali nocte ſubortis.
310 *Lichenor cupiens mortem pro laude pacifici,*
Limnocharim hoſtili nimium de ſtrage ferocem
Obſeruat,certumq; ſibi collimat in ictum:
Nec mora, pugnanti proiecta fortiter hasta
Tranſadigit coſtas ,inimicaq; pectora rumpit. |
315 *Crambophagum(qui iam ſero fugiebat, & armis* *Cram-*
Turpiter abiectis,tutas properabat ad vndas) *C.j.<r>*
Infequitur,post terga volans,velocior ipſo,
Hasta graui contorta manu:cadit ille cruentos,
Non ſalit in latices: fuſiſq;è vulnere chordis,
320 *Triste iacet bibula spectrū refupinus arena.*
His ſuper,accenſus furijs Limneſius Heros
Tyroglyphum euertit,ripaq; obtruncat eadem.
Pternoglyphū aſpiciēs vastū Calaminthius impar
Qua uia tuta fugit,medijſq; illabitur vndis
325 *Aſpide proiecta:ſed non fugit inclytus armis*
Hydrocharis,regem qui occidit Pternophagontē
Sic lapide excuβo,totum vt de nare cerebrum
Proflueret,fuſumq; hauriret terra cruorem.
Lichopinax fortem proſternit Borborocætem
330 *Inceβens iaculo,nox obruit atra iacentem,*
Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Vt uidet hæc lati ſpacioſa per æquora campi
Praſſophagus,curres venit,& pede raptat utroq;
Præcipitemq; in aquas deturpa Cniβodioctem,
335 *Nec prius abſistit,liquidis quā ſtrāgulet vndis.*
Pſicharpax ſocijs cupiens ſuccurrere lapſis,
Transfigit ſtricto Peluſia viſcera ferro,
Dixit,at huic contra ſurgens Mars talibus inſit.|
O pater,haud vnquā Mars aut martoria Pal- *Pal-*
340 *Liberet exitio Ranas,ſeruetue cadentes:* *(-las* *<C.j.v>*
Mitte omnes,age,mitte deos:vel, ſi libet,illos

Excute fulmineos perfractis nubibus ignes,
Quo telo cecidit quondam Titanea pubes,
Quo ferus Ɛnceladus,quo cætera turba Gygantū.
Mars ait hæc:manibus tū fulmina Iuppiter aptat
Ac primū tonitru quatit & tremefactat Olympū,
Ꝑnde feras uibrat violent fulminis alas,
Arma Iouis:metuūt Ranæ, Murûmq; phalāges,
Nec tamē abſiſtunt bello,ſed fortius inſtant
Ɛ medio Ranas inimicam tollere gentem.
Qua stamen auxilio rurſus protexit amico
Cura Dei,qui clade dolens,triſtiq; ruina
Ranarum,horrendo ſocios pius agmine miſit
Retrogrados,ſtrabos,humeris enormiter amplis,
Testicutes,glabros,obtortos,lurida quorum
Terga,quibus totis natura ex oßibus una est,
Ore quibus forceps, curuos quibus vnguis in ha-
Deſinit & cirros,facies fœdißima,nec non (mos
Octo pedes,tortæq; manus,duo lumina pectus
Torua tenent,duo diſſecto de vertice coni,|
His,Cancri,nomen:qui morſu abrūpere caudas *His*
Muribus,atq; pedes ſatagunt,hastaſq; manuſq;: <Ciir>
Quos ſimul attonititā dira ac tristia dictu
Monſtra vident Mures, toto diſcedere campo,
Ꝑnque fugā uerſi,ſolam hanc ſperae ſalutem
Incipiunt: ſerum componit ueſper Olympum
Ꝑnterea,finemq; facit bellique dieique. |

Murium Ranarumq; nomina,ne quis in <Ciiv>

ijs hareat,latinè ſic interpretamur. <CiivA>

Ranarum nomina.
Lymnocharis palude gaudens.
Peleus lutoſiis.
Phyſignathus inflans buccas.
Hydromeduſa regina aque.
Hypſiboas alte clamans.
Pelion Intulentus.
Seutleus betas edens.
Polyphonus clamoſus.

Crambophabu caules vorans.
380 *Limnefius paluftris.*
Calamynthius ab herba fic dictus.
Hydrocharis aqua gaudens.
Borborocœtes in luto cribans.
Praßophagus porrum vorans.
385 *Pelufus cœnofus.*
Craugafides rixofus.
Praßeus uiridis ut porrum.
Pelobates per lutum incedens.

390 *Murium nomina.* <Ciiv B>
Pficarpax micarum raptor.
Troxartes panem vorans.
Lichomyle lambens molas.
Pternotroctes pernas rodens.
395 *Lichopinax quadras lambens.*
Tyroglyphus cafeos cauans.
Embafichytros in ollas irrepens.
Lichenor caudam lambens.
Artophagus pauem edens.
400 *Troglodytes cauernas intrans.*
Pternoglyphus pernas excauans.
Pternophagus pernus edens.
Cnißodioctes nidorem fectans.
Sitophagus frumenta vorans.
405 *Artepibulus qui pani iufidiatur.*
Meridarpax particulas raptans.

FINIS.